

7.  
 summa Nam cuius rei fixum est bonum. eius sempiternum  
 est gaudium. Et cuius friabilis natura est. et frivolis bo-  
 nitas summa. et illius secura est leticia atque plena. propter  
 hoc autem sicut amamur et sumus. Habet enim amor camelio-  
 nis concitum unde transumus cum amatis aut sistimus. ea  
 cum eis de vilescimus aut cari sumus. Sed quid lugenti ca-  
 melionte de colore aureo mutato in luteum sagax coruus re-  
 sponderit non audisti. claudere aurum. pone desuper lucum. et  
 de cetero te pascit aurum. quibus dicitis vale superaddens / re-  
 cessit. **V**bi multa consilia ibi sunt multa salus.

**D**e formica et vulpe.

**C**ap. x.

**C**ongreganti materiam ut domum sibi construeret super  
 terram. vulpexule formica obuiauit. quid esset quod  
 ageret. aue prius dicto. quesivit. **A**t illa rursus  
**I**n obscuris quidem terre lacubulis ut et tu tanto tempore  
 habitavi. **M**odo fert animus in luce tam cunctis gratissima  
 construere michi nidum. **C**ui formica mox dixit. fuit tibi  
 forte unquam molestum habitaculum primum. que ait. nunquam  
 certe. sed tutissimum et quietum. **A**t tamen ad novitatem hanc  
 dulcedine lucis inclinor. **C**ui formica subiunxit. **N**imirum  
 dulce est lumen. et delectabile oculis videre solem. **A**t lon-  
 ge magis sapidior vita est. et delectabilior secura quies. **Q**uamobrem  
 soror. licet non sim tanta. ut sim auxiliaria tue  
 prudentie. hoc tamen quod tibi memoror. in hac novitate unum  
 est. quod prospicere et pellipariis non es modicum odiosa. illis  
 quidem propter zelum gallinarum suarum. istis vero pellui eu-  
 piditate tuarum. **S**ed aliud est ut in nouo negotio. consili-  
 um antiquorum requiras. **N**amque consilium custodiet te. et  
 prudentia te seruabit. **S**tatim vulpes inconsulte respondit.  
**M**inime quidem hoc soror attendo. **N**eq; egerere consilio  
 minime puto. **E**t formica prudenter respondit. **p**incipia quod  
 dem rerum mole minima. **v**erute sunt maxima. **N**am ex puo  
 semine. palma gignitur ingens. unde in minimis exordijs  
 maxima sunt consilia agenda quam parum error in principio.